

10, aequidistantia, angustissime linearia, sensim, sensim inferne et superne angustata, sensim acuminata, utrinque viridia, supra nitentia, tenuia, uninervia, nervo secundario dextra sinistra nonnihil minus prominente, nervis utrinque haud spinulosis, ad margines tantum setulosa, nervulis transversis remotis, segmenta maxima visa 27 cm longa, 1 cm tantum lata. Spadix ♂ 35 cm circ. longus, gracilis, unus visus apice flagelliformi rudimentario, alius haud flagellifer, ambo inflorescentiis partialibus 4. Spatha primaria infima anguste tubulosa, anceps, inermis, sequentes anguste cylindricae, superne paulo dilatatae, inermes. Inflorescentiae partiales sat congestae, maxima infima 9 cm longa, ramulis 10 porrecto-patentibus, vix curvatis. Spathae secundariae anguste angulato-tubulosae, plus minus fusco-furfuraceae, inermes. Spiculae supra spathae os orientes, sinuato-flexuosae, maximae 4 cm longae, floribus ♂ in seriebus 2 oppositis, utrinsecus 12. Spathellae breviter cylindricae, dein subito dilatatae. Involucrum cupulare. Flores ♂ 4 mm longi, cylindrici. Calyx dimidium perianthium aequans, ovato-trilobatus. Petala oblonga, acuta. Stamina linearia. Spadix ♀ visus haud flagellifer, inflorescentia partiali unica visa. Spathae primariae ut in mare, sed infimae 2 aculeis sat parvis, haud numerosis praeditae. Inflorescentia partialis visa ramulis 6, paulo curvatis, ad florum insertiones leviter sinuoso-flexuosis. Ramuli majores 2 cm paulo superantes, floribus ♀ distichis utrinsecus 4, remotis. Perianthium fructiferum pedicelliforme. Fructus fere globosus, i. s. cum basi leviter producta et apice breviter rostrato 14 mm longus, 12 mm circ. in diam., squamis in orthostichis 18 dispositis. Squamae rhomboideae, stramineae. Semen subglobosum, leviter compressum, i. s. 8 mm longum, longitudinaliter nonnihil, late exsculptum. Embryo basilaris. Albumen homogenum.

Brit. Neuguinea: Mt. Tafa, Central Division, 2400 m. Sporadisch, in Samawäldern ziemlich gemein. Mehrere schlanke, kurzkletternde Stämme aus einer Menge von grundständigen Blättern. Stämme zäh. Nur eine Art in dieser Höhe gesehen (Mai—Sept. 1933 — L. J. Brass n. 5009).

Schließt sich nahe an *C. rotang* L. an. Die Art ist ausgezeichnet durch die deutlich gestielten Wedel, die kurzen, dünnen Stacheln der Blattscheide, die kleinen Kolben, die kurzen, ziemlich zusammengezogenen Partialinfloreszenzen. Die wenig zahlreichen, sehr schmal linearen Fiedern sind, abgesehen vom Rande, nicht borstig.

Calamus macrospadix Burret nov. spec. — „Repens vel breviter scandens.“ Frondis vagina visa quam 2 cm paulo crassior, aculeis

solitariis, ecurvatis, triangularibus, applanatis, acutis, quam 3 mm raro longioribus armata, flagellifera, flagello tenui, ad basin breviter, patenter aculeato, superne aculeis retrorsis, solitariis, raro paucis subverticillatis, apice atris, haud longis nec validis. Ochrea non-nihil liguliformiter producta. Frondes non cirriferæ, visa cum petiolo 16 cm longo 1,10 m longa. Petiolus supra ut rhachis inferne aculeis rectis, parvis, subtus aculeis reversis robustioribus, apice nigris, solitariis. Segmenta utrinsecus circ. 16 conspicue aggregata, per greges 6—7 ad 2—3 disposita, apicalia 4 utrius lateris valde approximata, apicalia ambo usque ad dimidium fere connata, basi cuneata, costa media dorso retrorse aculeata, in parte libera 10,5 cm longa, lanceolata, breviter acuminata. Inter segmenta apicalia et inferne sequentia 2—3 aggregata rhachis longa, nuda interjecta, 15 cm longa. Segmenta papyracea, fragilia, subtus pallidiora, ambitu lanceolata, maxima visa 35 cm circ. longa, ad 3,5 cm lata, utrinque sensim attenuata, apice breviter acuminata, basi anguste reduplicata, costa media quam laterali cujusque lateris nonnihil validiore, segmenta utrinque inermia, glabra, secundum margines tantum superne setulosa, nervi transversales conspicui, dense sequentes. Spadix ♀ magnus, 1,80 m longus, quam frons nonnihil longior, apice flagellifer, appendice terminali aculeis reversis spiralibus solitariis, minus validis praedito, inflorescentiis partialibus 4. Spathae primariae 4 longissimae, angustae, infima 30 cm fere longa, longitudinaliter 2-angulosa, in angulis breviter aculeata, superne paulo dilatata, apice breviter, triangulariter contracta, sequentes longius, lanceolato-productae, liberae, laeves, inermes, quarta jam ut flagellum aculeis reversis armata, omnes angustae, arcte vaginantes, superne paulo dilatatae. Inflorescentiae partiales sat amplae, ramis paucis, longis, patentibus, inferiores 20 cm circ. longae, ramis circ. 8. Spathae secundariae tubulosae, infimae leviter aculeolatae. Rami supra spatharum os orientes, leviter curvati, majores circ. 15 cm longi. Spathellae tubulosae, inferne 2 mm, superne 3 mm in diam. Fructus supra spathellae os geminati, immaturi tantum visi subglobosi cum perianthio et rostro parvo 13 mm longi, 1 cm in diam. metientes. Perianthium campanulatum. Squamae in orthostichis 15, stramineae, rhomboideae. Semen immaturum, ut videtur, albumine haud ruminato.

Brit Neuguinea: Mafulu, Central Division. Ziemlich häufig im unteren Primärwald, 1200 m. Kriechend oder kurz kletternd (Sept.—Nov. 1933 — L. J. Brass n. 5423).

Diese Art schließt sich am besten an *Calamus gogolensis* Becc. und *C. macrochlamys* Becc. an. Im Gegensatz zu *C. gogolensis* be-

sitzt er nicht so breite, flache und lange Stacheln, bei *C. macrochlamys* sind die Spathae verschieden.

Calamus pseudozebrinus Burret nov. spec. — Alte scandens. Frondis vagina flagellifera, visa 3 cm et ultra in diam. metiens, aculeis longis, tenuibus, applanatis, saepe flexuosis, stramineis, 2 cm circ. longis, numerosissimis praedita, pluribus vel plerumque multis transverse seriatis raro paucis juxtappositis. Flagellum longissimum, validum, unquibus solitariis vel hinc inde 2—3 verticillatis vel fere. Ochrea inter petiolum et caudicem tenuiter longe lanceolato-producta. Petiolus 15 cm circ. longus, basi aculeis setiformibus irregulariter insertis, superne ad marginem et supra aculeis validis, minoribus, patentibus, ecurvatis, apice nigris praeditus, subtus ut rhachis in latere inferiore aculeis reversis, apice nigris. Rhachis plus minus fusco-furfuracea, supra breviter aculeata. Lamina „segmentis 50 vel pluribus“. Segmenta linearia, acuminata, regulariter disposita, horizontaliter patentia, directione haud variantia, basilaria 48 cm circ. longa, 2,5 cm lata, rhacheos prob. mediae 53 cm longa, 2,5 cm lata, apicalia longitudine et latitudine decrescentia, omnia et summa ambo libera, linearia, chartacea, utrinque nitentia, 3-nervia, utrinque inermia, ad margines tantum spinulosa. Nervi transversales serpentini, interrupti, sed conspicui, densi. Spadix, ut videtur, magnus, fragmentum visum inflorescentia partiali unica. Spatha primaria longissima, decidue fusco-furfuracea, infra apicem 1,7 cm in diam., tubulosa, superne haud dilatata, parce aculeolata, apice fissa, anguste triangulariter producta. Inflorescentia partialis longa, ampla, distiche ramosa, ramis inferioribus e spatha primaria haud plane exsertis. Rami utrinsecus circ. 25, sat dense sequentes, superne longitudine nonnihil decrescentes. Spathae secundariae ut spathellae decidue fusco-furfuraceae, illae tubulosae, sed superne conspicue infundibuliformes, unilateraliter acuminatae. Rami infra spatharum os orientes, omnes patentis, vix curvati, majores 8 cm longi. Spathellae brevissime, late infundibuliformes, valde amplificatae, apice late triangulares. Fructus valde immaturi visi in seriebus 2 oppositis densi, ovaes, conspicue rostrati, apice fusco. Squamae in orthostichis 16, rhomboideae, stramineae, margine fusco. Perianthium vix pedicelliforme, a basi fere dilatato-productum, profunde incisum. Semen vix evolutum.

Brit. Neuguinea: Dieni, Ononge Road, Central Division. Gemein. Regenwaldhügel, 700 m. Hohe Bäume erkletternd, Stamm von mittlerem Umfang, 50 oder wenig mehr glänzende Fiedern an einem Blatt (April—Mai 1933 — L. J. Brass n. 3923).